

Henrici corpus posvere hic quinque parentis  
Ex ipso nati nobilitate pares.  
Ex Einsidelia fuerat, qui stirpe creatus  
Ornavitqve vetus qui pietate genus,  
Nam te Vere Deus, Christi Pater Optime rerum  
Iustifica coluit conditor alma fide.  
Ipsius et mores iusti castiqve fuerunt,  
Mens quoniam fuerat loce renata Dei.  
Et quamvis Evangelii confessio Verax.  
Attulit huic odium damnaque Multa viro,  
Defensus tamen est praesentis lumine Christi,  
Inter qui servat magna pericla pios.  
Quinque electorum Fidus fuit ille senator  
Saxoniae sceptrum, qui tenuere Ducum.  
Suasor erat pacis multorumque arbiter atque  
Praebat patriae commoda magna suae.  
Motaque cum vidit moestus, civilia bella,  
Restitui pacem maluit ille piam.  
Ter tres huic peperit natos, castissima coniux,  
Et dulces gnatas quinque, iuvante Deo.  
Ex his ter denos quatuor supper adde nepotes,  
Cum natis vidit spem superesse Domus.  
Qui sancte ut colerent Christum, votisque vocarent  
Exemplo et monilis praevius auctor erat.  
Se commendavit moriens tibi, Chre Redemptor,  
Credenti vitam, qui sine fine dabis.  
Foelix haec anima est, morientia membra relinquens,  
Quae Christum novit, non dubitante fide.  
Grate dei! Faci posteritas, ut salva sit omni  
Tempore, Florentis sit, patriaeque decus.

Phil. Melancht.

Decessit anno 1557 die 6. Decemb. anno

Aetatis 60. cum vixisset in coniugio annos 40.

Hier haben hingelegt den Leichnam Heinrichs, des Vaters  
Seine 5 eigenen Söhn', alle an Würde ihm gleich.  
Vom Einsiedelschen Stamm entsprossen, war er der Rechte,  
Der das uralte Geschlecht wieder mit Liebe geziert.  
Dich, wahrhaftiger Gott und Vater des Herrn Jesu Christi,  
Schöpfer und höchstes Sein, hat er im Glauben verehrt.  
Rein und vor allem gerecht ist gewesen das Herz dieses Mannes,  
Weil im Hause des Herrn wurde erneuert sein Sinn.  
Wenn auch das wahre Bekenntnis der evangelischen Wahrheit  
Haß dem Manne gebracht und der Verluste gar viel: